

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris  
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Tertiæ Partis Volumen Secundum

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtru[m] in verbis dictarum formarum sit aliqua vis creata effectua  
consecrationis? 4

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38725**

346 QVÆ ST. LXXVIII. A R T. III.  
vobis Iudæis, & pro multis, scilicet Gētilibus, vel pro  
vobis māducantibus, & pro multis pro q̄bus offertur.

c.7. eccl.  
hier. p. 2.  
int. med  
et fin.

Ad nonum dicendum, quod Euangelistæ non in-  
tendebant tradere formas sacramentorum, quas in  
primitiva Ecclesia oportebat esse occultas: vt dicit  
Dion. \* in fine eccles. hier. Sed intenderunt histo-  
riam de Christo texere. Et tamen hæc omnia fere,  
verba ex diuersis Scripturæ locis accipi possunt. Nam  
quod dicitur, hic est calix, habetur Luc. 22. & pri-  
mæ Cor. 11. Math. autem 26, dicitur, Hic est sanguis  
meus noui testamenti, qui pro multis effundetur  
in remissionem peccatorum. Quod autem addit-  
tur, æterni; & iterum, Mysterium fidei: ex tradicio-  
ne Domini habetur, quæ ad Ecclesiam per Apo-  
lios peruenit secundum illud 1. Cor. 11. Ego accepi  
a Domino quod & tradidi vobis.

A R T I C . I V.

Vtrum prædictis verbis formarum insit aliqua vis  
creata, effectiva consecrationis?

467  
infr. a. 5.  
cor. et 4.  
di. 1 q. 1.  
a. 4. q. 2.  
a. 3. et d.  
10. in ex-  
pos. lit. ad  
6. et 7.  
a. 2. et 3.  
orth. fid.  
c. 14. c. r.  
ca. med.  
1. p. q. 110  
art. 4.  
posita in  
a. 2 & 3.  
in arg. 1.

**A**D quartum sic proceditur. Videatur quod prædi-  
ctis verbis formarum non insit aliqua vis crea-  
ta, effectiva consecrationis. Dicit enim Damasc. \* in  
4. lib. Sola virtute Spiritus sancti fit conuersio panis  
in corpus Christi. Sed virtus Spiritus sancti est virtus  
increata. Ergo nulla virtute creata horum verborum  
conficitur hoc sacramentum.

¶ 2 Præterea, Opera miraculosa non sunt aliqua  
virtute creata; sed sola virtute diuina, vt in prima  
parte habitum est †. Sed conuersio panis & vini in  
corpus & sanguinem Christi, est opus non minus mi-  
raculosum, quam creatio rerum, vel etiam formatio  
corporis Christi in utero virginali: quæ quidem nul-  
la virtute creata fieri potuerunt. Ergo neque hoc sa-  
cramentum consecratur aliqua virtute creata dictio-  
rum verborum.

¶ 3 Præterea, Prædicta verba \* non sunt simpli-  
cia, sed ex multis composita: nec simul, sed succes-  
sive proferuntur. Conuersio autem prædicta vt supra  
dictum

dicitum est) sit in instanti; vnde oportet, quod fiat 9.75.47.  
per simplicem virtutem. Non ergo sit per virtutem  
horum verborum.

SED contra est, quod Ambr, \* dicit in libro de Sacram. Si tanta est vis in sermone Domini Iesu, ut inciperent esse quæ non erant: quanto magis operatorius est, ut sint quæ erant, & in aliud commutentur? Et sic quod erat panis ante consecrationem, iam corpus Christi est post consecrationem: quia sermo Christi creaturam mutat.

RESPONDEO dicendum, quod quidam dixerunt nullam virutem creatam esse nec in prædictis verbis † ad transubstantiationem faciendam, nec etiam in alijs sacramentorum formis, vel etiam in ipsis sacramentis ad inducendos sacramentorum effectus. Quod (sicut supra habitum est) ex dictis sanctorum repugnat, & derogat dignitati sacramentorum nouæ legis. Vnde cum hoc sacramentum sit præ ceteris dignius (sicut supra dictum est\*) consequens est quod in verbis formalibus huius sacramenti, sit quædā virtus creata ad conuersionem huius sacramenti faciendam: instrumentalis tamen, sicut & in alijs sacramentis, sicut supra dictum est\*. Cum enim hac verba ex persona Christi proferantur, ex eius mandato consequuntur virtutem instrumentalem à Christo: sicut & cetera eius facta vel dicta habent instrumentaliter salutiferam virtutem, ut supra dictum est\*.

Ad primum ergo dicendum, quod cum dicitur sola virtute Spiritus sancti panem in corpus Christi conuerti non excluditur virtus instrumentalis, quæ est in forma huius sacramenti: sicut cum dicitur, Solus faber facit cultellum, non excluditur virtus martelli.

Ad secundum dicendum, quod opera miraculosa, nulla creatura potest facere quasi agens principale: potest tamē ea facere instrumentaliter: sicut ipse tactus manus Christi sanavit leprosum. Et per hūc modū verba Christi conuertunt panem in corpus Christi.

Quod

li. 4. c. 4.  
ante me.  
to. 4.

a. 2. et 3.  
positis in  
arg. 1.  
q. 62. a. 1.  
2. 3. et 4.

q. 65. a. 3

q. 62. a. 1  
et 4.

q. 62. a. 4

Quod quidem fieri non potuit in conceptione corporis Christi, qua corpus Christi formabatur, ut aliquid à corpore Christi procedens haberet instrumentalem virtutem ad ipsius corporis formationem. In creatione etiam non fuit aliquod extremum, in quo instrumentalis actio creaturæ posset terminari. Unde nos est simile.

\*posita in  
ar. 2. et 3  
in arg. 1.

Ad tertium dicendum, quod prædicta verba quibus fit consecratio, sacramentaliter operantur. Vnde vis conuersiva, qua est in formis horum sacramentorum, consequitur significationem, qua in prolatione ultimæ dictio terminatur. Et ideo in ultimo instanti prolationis verborum prædicta verba consequuntur hanc virtutem; in ordine tamen ad præcedentia. Et haec virtus est simplex ratione simplicis significati: licet in ipsis verbis exterius prolati, sit quædam compositio.

## ARTIC. V.

*Vtrum prædictæ locutiones sint verae?*

468  
4. d. 8. q.  
2. art. 1.  
quest. 4.  
art. 2.

art. præc.

A D quinum sic proceditur. Videtur, quod prædictæ locutiones non sint verae. Cum enim dicitur, hoc est corpus meum, ly hoc, est demonstratum substantia. Sed secundum prædicta\*, quando profertur hoc pronomen, hoc, adhuc est ibi substantia panis: quia transubstantiatio fit in ultimo instanti prolationis verborū. Sed haec est falsa, panis est corpus Christi. Ergo haec est falsa, hoc est corpus meum.

¶ 2 Præterea, Hoc pronomen, hoc facit demonstrationem ad sensum. Sed species sensibiles, que sūt in hoc sacramento, neque sunt ipsum corpus Christi, neque accidentia corporis Christi. Ergo haec locutio non potest esse vera, hoc est corpus meum.

¶ 3 Præterea, Hæc verba (sicut dictum\* est) sua significatione efficiunt cōuerzionem panis in corpus Christi. Sed causa effectiva præintelligitur effectui. Ergo significatio horum verborū præintelligitur cōuerzioni panis in corpus Christi. Sed ante cōuerzionem haec est falsa, hoc est corpus meum. Ergo simili-

citer